UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Medicina cœlestis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

Conſideratio XXI.

VULNERA JESU.

Ieſus Dom. Salus.

Medicina cæleſtis.

1. F*ilius Dei altiſſimi iubetur occidi*, ait D Bernardus, *vt vulneribus meis, id eſt peccatis, pretioſo ſui Sanguinis balſamo medeatur*. Undè ſubiungit idem: *Agnoſce, ô homo, quàm grauia ſunt vulnera, pro quibus neceſſe eſt bonum Chriſtum vulnerari.* S. Bern. ſerm. 3. de Nat. Dom.

2. Anima diuerſis in partibus, variisque modis per peccatum ſauciata & vulnerata remanſit: Intellectus ignorantiâ, Voluntas malitiâ, Appetitus concupiſcibilis concupiſcentiâ, debilitate Iraſcibilis. Vulnera Chriſti ceu pharmaca cœleſtia medentur his omnibus plagis: Intellectum ſanant fide; Voluntatem Charitate, Appetitum concupiſcibilem temperantia, Iraſcibilem continentia & fortitudine. S. Tho. 2. 2. q. 83.

3. Medicina eſt amara, ferrum & ignis lædunt & affligunt; & tamen appetuntur propter dulcedinem imaginatæ ſalutis ad prorogandam miſeram vitam proficuę, vtilisque. Aſt vulnera Chriſti, quia totum, quod diſplicet & nocet, reliquêrunt in membris Diuini illius Medici, virtutem exindè contraxêre cunctas ſanandi infirmitates, vt perfectam in æterna vita conferant ſalutem.

Conſideratio XXII.

VULNERA CHRISTI.

Fornax Charitatis.

1. In vulneribus ſuis, tanquàm in fornace amore ardente

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN